



6086 VI 61. 62 [olim Velitris in museo Borgiano.]

63 complura exempla [in museo Parisino (ex museo Campanae), apud marchionem Car. Strozium Florentinum, apud Garruccium].



- 1 Delfico in tabula, cf. p. 8 et 9.
 2 Micali *storia* 1832 III p. 210 t. CXIII 11.
 3 Descripsi.
 4 Ricci *agro Palmense* p. 47. Cf. Garrucci Syll. n. 945.
 5—14 Descripsi. 5: ~~FIR~~ (inlidendo laesa); 7 litteris evanidis; 9: ~~FIR~~; 10 suspecta est (scilicet cusionis); 12 litteris evanidis; 14: FIR.
 15. 16 Descripsi. 15: ~~FIR~~. Lectio non satis certa est; litterae enim inlidendo distortae sunt, ita ut media paene in talem π formam abierit. — 16: ~~FIR~~. Male habita est, sed cum eadem plane atque n. 22 (= mus. Asc. n. 1447) mensura sint litterae eademque igitur forma fusae esse videantur, non dubito quin FIR Gabriellius recte legerit.
 17 Gabrielli *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 191.
 18—25 Descripsi. 24: ~~FIR~~. — 25 haec ~~FIR~~ supersunt; utrum FIR fuerit an FIR discerni nequit.
 26—28 Gabriellius epistula m. Sept. 1878.
 29—31 Descripsi et suspectas i. e. fortasse cusas iudicavi, maxime n. 31, quae robigine caret.
 32. 33 Descripsi. 32: FIR sincera esse potest; 33: FIR sincera mihi visa est.
 34 Dresselius descripsit.
 35—37 Descripsi. 37: FIR (litteris detritis). — De Minicis *ghiande* tab. II 5, p. 202 et 204, quod exemplar ediderit, non liquet (ex hoc repetiit Fabretti, Corp. Inscr. Ital. n. 2684 bis b et cum imagine in Glossario ad v. Firmum p. 483); Minicis sui musei glandem ed. libello *Le iscrizioni fermane* 1857 p. 236 n. 869; idem denique quam libello *Le monete gravi* 1868 p. 4 et imag. n. 4 exhibet, ubi fuerit non indicavit.
 38 Descripsi. — Ed. Rossi Scotti *Periodico di num.* III (1874) p. 449.
 39 Descripsi.
 40—43 Descripsi; in 43 (209) π infligendo laesa est. — Singulas ediderunt Ficoroni *Labico* 1745 p. 86 addita imagine ad p. 83 (fort. est 40); Brunati mus. Kirch. inscr. 1837 p. 45 n. XCI; Ritschl tab. VIII 9 ex Marchii delin. (haud dubie est 40); memorat Garrucci Syll. n. 945; omnes exhibet Ruggiero *catalog.* n. 206—209, non recte his admixta n. 210, cui non FIR sed ut vid. *l. ita* inscriptum est et incusum quidem nuper a falsario (vide n. 732*, 1).
 44 Mommsen *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 40.
 45 Descripsi. ~~FIR~~ desecta est pone R. — Fiorelli *Catalogo* p. 41.
 46—54 Descripsi; 46 et 49 supra exhibui. — 47 et 52: hastae illidendo largiores factae sunt. — 48: litterae illidendo aliquantum distortae sunt. In 49 parte postica γ incisum est, id quod ex ectypo notavi. — 53: FIR. — Fiorelli *Catalogo* p. 41.
 55 Descripsi et supra exhibui. — Tres glandes [55—57] memorat Count d'Albanie, *proceedings of the soc. of ant. of London* 1864—64, ser. II vol. II p. 267.
 56. 57 Descripsi. — Count d'Albanie l. 1.

6086 VI 58 Descripsi. Fortasse *lacca* q. v. recens obducta est, sed inscriptio videtur esse antiqua. — Mommsenus in schedis; ed. Friederichs *Bildwerke* II p. 241 n. 1134.

59 Descripsi.

60 Descripsi m. Maio 1882 Heidelbergae, quo Bourguignon insigni liberalitate transmiserat.

61. 62 Catal. musei Borgiani a. 1814 ed. in *Documenti inediti dei musei d' Italia* I (1878) p. 305.

63 *Cataloghi del museo Campana* cl. II p. 5 n. 16. 26. 37. 44; 'similes': n. 39 et 44 et ut vid. 45. De earum fide quid statuamus, in medio relinquendum est. Falsae glandes in eo museo inerant non paucae (de quibus suo loco). — Tria denique exempla apud se et marchionem Car. Strozium Florentinum exstare testatur Garruccius Syll. n. 945, de quorum sinceritate non magis iudicare possum; hoc scio apud Strozium, qui mihi a. 1877 genuinas suas benigne ostendit, inter eas me nullam vidisse FIR inscriptam.

Denique hoc FTR apud Minicium t. II n. 22, p. 202 et 213, qui explicat ETR(*uria*), falsae lectioni pro FIR (similiter laesas habes supra n. 16 et n. 24) debetur et illud $\pi\alpha$ apud Rubbium, *dizionario di ant.* 1796 s. v. *glans* (inde Minicis p. 206 $\pi\alpha$, sed t. II n. 79 FIR) adeo mero Rubbii eiusve typographi errore natum est. Nam apud Aldovrandium, ex quo Rubbius his verbis *Aldovrandi ne ha due coll' epigrafe a rovescio* FIR citat, haec potius 1) $\pi\alpha$, 2) π habentur. Minicis suo rursus errore in tabula pro $\pi\alpha$ exhibuit FIR, et hoc denique FIR ex Minicio falsarius Asculanus multis exemplaribus repetiit.

Interpretatio inscriptionis FIR non est satis certa; quamquam verisimile esse puto (id quod iam Delficus statuit) spectare ad Firmum oppidum, cuius nomen in nummis plane eodem compendio FIR scriptum videmus; cf. Mommsen *Münzwesen* 1860 p. 249 sq. Firmum autem, quo se receperat Pompeius Strabo, obsessum esse ab Italis ex Appiano I 47 constat. *Fir(mo missa)* vel similiter legendum esse coniecit Mommsenus; probabilius fortasse cum Minicio intellegentur *Fir(mani)* funditores inter auxilia Romanorum pugnant, sicut infra n. XVI haberi videntur *Gal(li)*; indeque facile explicabitur, quod haec glans apud Asculum et Corropolim reperiri solet. [Cum constet glandes inscriptas FIR inventas esse et ad Corropolim et ad Asculum, recte inde colligetur eiusmodi glandes non omnes inter ipsam obsidionem fusas esse, sed partem certe allatam cum reliquo apparatu bellico paratam alibi. Quam ob rem non abhorret a specie veri Strabonem soluta obsidione Firmana in Picenum adportavisse glandes fusas Firmi iisque usum esse ad Corropolim Asculumque. Sane opponi potest, quod similiter inscriptae adhuc nullae prodierunt ad ipsum oppidum Firmum; sed ut inveniuntur vel non inveniuntur, magna ex parte a fortuitis pendet, denique obsidio illa fieri potest ut brevissima fuerit. Similiter defendi potest quod glans sic inscripta reperta esse dicitur ad Labicos, quamquam singularibus eius generis inventis parum tribuendum esse omnino verum est. TH. M.] — Ficoronianam interpretationem *fir(miter)* satis erit commemorasse; Bergkiana autem (*Schl.* p. 93) *fir* esse vocabulum priscum Latinum sermone militari servatum significans ignem et h. l. ipsam glandem, nititur cum coniectura admodum incerta (*fir* = $\pi\delta\rho$, servatum in *exfir* et *mamphur* ap. Fest. p. 79 et epit. p. 132, = *pir* in tab. Iguv. et in glandibus), tum inscriptionibus glandium falsis (FIR, FVL = 'fulmen i. e. glans', FVL quo cum $\pi\delta\rho$ Simonidis contulit Bergkianus). Suo loco enim demonstrabitur, glandium CLXXXIII aut (si inscriptione carentem n. 145 exceperis) CLXXXIII a Bergkio editarum glandes numero CLXXXI a falsario Asculano nuper inscriptas esse, duas solas (n. 143 et 144 Wittgensteinianas) genuinas esse sed male a Bergkio lectas vel explicatas; nam n. 143 potius $\kappa\sigma\rho\alpha\nu\iota\sigma\upsilon$ legenda est et n. 144 non 'kriechendes Insect?' sed fulmen exhibet.

VII [vol. I n. 652] Ad hanc quoque pertinent quae de loco, ubi reperta sit glans n. VI, MINICIVS testatur (cf. supra).

1 [Firmi apud De Minicis, nunc Perusiae apud comitem Rossi Scotti, ubi vidi.]

2 [Bononiae apud Ulysem Aldovrandi].

3 Asculi rep. [a. 1874 empta ab museo Ascul. n. 1730]. Pendet 50 gr.